

## INDAGINE CIRCA LE ASSOCIAZIONI SACERDOTALI

*Lettera circolare della Segreteria Generale ai Membri della C.E.I., n. 2172 del 29.XI.1969..*

La Sacra Congregazione per il Clero, con lettera circolare n. 126349/I del 25 ottobre scorso, ha richiesto alle Conferenze Nazionali di raccogliere - con il questionario qui compiegato - dati sulle esperienze pastorali delle associazioni sacerdotali.

I motivi e gli obiettivi di tale indagine sono illustrati ampiamente nella citata lettera che si allega.

Per consentire alla Presidenza di presentare in tempo utile, al medesimo Sacro Dicastero, i risultati dell'indagine si prega cortesemente di voler rimettere entro il 15 dicembre p.v., il modulo debitamente redatto, anche se la risposta dovesse essere negativa.

SACRA CONGREGATIO PRO CLERICIS - PROT. N. 126349/I - ROMAE, DIE 25 OCTOBRIS 1969.

Eminentia Reverendissima,

Concilium Oecumenicum Vaticanum II, sedule exquirens media quo efficacius presbyterorum vita ac pastorale ministerium adaptari possint necessitatibus huius temporis et incepta apostolica, praesertim, incrementum habent, suggessit ut sacerdotes, quatenus fieri potest, operarent "viribus unitis cum aliis presbyteris", eo quod "nullus presbyter seorsum ac veluti singillatim suam missionem satis adimplere valet" (n.7 Decreti Presbyterorum Ordinis)..

Propterea, post supradictum Concilium, praeter Consilia presbyteralia, etiam Associationes cleri voluntariae, certis finibus, tamen, definitae, exortae sunt et aliae, prius extantes, renovantur et temporibus aptantur. Pro dolor! non desunt, tamen, abusus hac de re..

De Consiliis Presbyteralibus actum est in Congregatione Plenaria huius S. Congregationis diei 10 octobris huius anni et eiusdem conclusiones quam cito communicabuntur una cum exhortatione ut eiusmodi coetus ubicumque constituantur, iuxta Concilii Vaticanii II. placita, in Decreto *Presbyterorum Ordinis* (n.7) contenta..

De ceteris cleri associationibus, sive ante Concilium extantibus, sive post Concilium exortis, sive iuxta legem, sive praeter ius constitutis, ali

quid considerandum manet; quare opportunum erit ut Eminentissimorum ac Excellentissimorum Patrum Congregationis pro Clericis studio subiiciantur..

Etenim, licet Consilia presbyteralia dioecesana, in singulis ecclesiis localibus constituta vel constituenda, primum locum, quoad ius associativum, post praedictum Concilium habeant et habere debeant; tamen etiam aliae associationes, quae, plerumque, fines diocesis excedunt, ad totam regionem vel, nonnumquam, ad totum mundum sese extendentes, ut, e.g., Unio Missionaria cleri, multum inservire poterunt sive ad vitam spiritualem cleri foven dam, sive ad cleri profectum ministerialem, culturalem et oeconomicum legitime vindicandum..

Idem Concilium Vaticanum II. in numero 8 memorati Decreti exhortabatur magni habendas esse et diligenter promovendas illas associationes sacerdotales, "quae, statutis a competenti ecclesiastica auctoritate recognitis, per aptam et convenienter approbatam vitae ordinationem et per iuvamen fraternalium, sanctitatem sacerdotum in exercitio ministerii fovent...".

Nunc est, igitur, in votis huius Sacrae Congregationis, cuius est "media et subsidia querere, proponere et urgere quibus sacerdotes ad sanctitatem assequendam contendant" (cf. n. 67 par. 1 Constitutionis Apostolicae "Regimini Ecclesiae Universae" de Curia Romana) peculiare studium promovere ad rationes investigandas quibus associationes sacerdotales possint spiritualitatem cleri dioecesani, eiusdem ministerium pastorale vel bonum materiale vividius promovere, ut, postea, proximo vere, convocare valeat de eodem argumenti coetum Eminentissimorum ac Excellentissimorum Patrum..

Attamen, hoc Sacrum Dicasterium, priusquam aggrediatur hac de re studium, petit ab Eminentia Tua, qua praeside, quomodo ista Conferentia Episcopalis satisfacere velit exhortationi memorati Concilii, simul significans experientias pastorales de associationibus sacerdotalibus, et de aliis inceptis inter clerum sub forma associationum, etiamsi non legitime definitarum, sicuti sunt sic dicti vulgo "gruppi", "movements" . Ad rem enim valide sunt notae Eminentiae Tuae hodiernae difficultates, quando ex una parte manifesta adest aversio sacerdotum praesertim novensilium, nomen dandi aliqui veteri associationi, ex alia parte in iisdem non deest propensio sese uniendi in coetibus, qui non semper afferunt consilia statui ecclesiastico conformia..

Grave igitur ne sit Eminentiae Tuae ad quaestiones de sacerdotum associationibus respondere intra 31 diem mensis decembris proximi venturi, iuxta quae in adnexo folio adnotantur..

Dum haec cum Eminentia Tua communico, omni quo par est obsequio me profiteor

Eminentiae Tuae Rev. mae

P. PALAZZINI, a Secretis

J. CARD. WRIGHT, Praefectus

QUAESTIONE DE SACERDOTUM ASSOCIATIONIBUS

- 1) An sint in Dioecesi "de iure" vel etiam de facto associationes, uniones et coetus sacerdotum, vel sacerdotum simul cum laicis; quaenam sint iuris dioecesani tantum; quaenam, vero, limites dioecesis praetergrediantur;
- 2) quinam sint earundem status et finis specificus;
- 3) quaenam sit, generatim, mens cleri novensilis, erga easdem associationes; quaenam mens sacerdotum maturioris aetatis;
- 4) an et quomodo videatur utile et opportunum ut veteres associationes Cleri, praesertim cleri sanctificationem promoventes, adhuc existentes, adaequate renoventur;
- 5) quid opportunum et considerationis dignum censeatur pro renovatione praedictarum associationum;
- 6) an sacerdotes, praesertim iuniores, alias associationes promoveant et ad quem finem;
- 7) utrum harum omnium associationum adsint statuta legitime approbata vel non (exemplaria, pro posse, huic Sacrae Congregationi mittantur)..

**SETTIMANA DI PREGHIERE PER L'UNITÀ DEI CRISTIANI**

*La Commissione Episcopale per l'Ecumenismo informa gli Ordinari che il Gruppo misto Consiglio Ecumenico delle Chiese - Segretariato per l'Unione dei Cristiani, ha inviato una lettera sull'osservanza della settimana di preghiere per l'Unità dei Cristiani..*

*Il testo della lettera e' pubblicato dal Centro "Ut unum sint" della Pia Societa' S.. Paolo..*